

1843. »DE RATIONE DIVIDENDI«. SCHEDARUM JUNGIANARUM EXCERPTUM
ANNOTATUM

Vorläufige Datierung: 1696

Überlieferung:

- 5 *L* Auszug mit Bemerkungen: LH IV 7C Bl. 146–147. 1 Bog. 2^o. 2 ³/₄ S.
E VE, N. 355.

bearbeitet von Gerhard Biller u. Heinrich Pfannkuch

[Anhaltspunkte zur Datierung:] —

[Thematische Stichworte:] Divisio

- 10 [Einleitung:] Leibniz hat die Jungiushandschriften vielleicht ebenso wie dessen *Disputationes noematicae* am 7. Januar 1696 (II, 3 N. 41) über Gerhard Meier erhalten.

De ratione dividendi

Continuae differentiae ex contradictoriis dianoeticis deducendae.

Inane et metaphoricum est dicere *contraria*¹ esse quae sub eodem genere maxime distant.

- 15 Contrarietas itaque notionum res est adhuc Peripateticis abscondita.

Habitus moralis circa lucrum et damnum iustitia iniustitia.

In notionibus *frigidi* et *calidi*, quae vel simplices vel confusae contrarietas logica non est conspicua; at in notione *contrahentis* et *laxantis*, *humidi* et *sicci*, *liquidi* et *consistentis*.

- 20 Particularitatis signum interdum etiamsi Rectum tamen postulat locum posteriorem, ut
omnem hominem aliquod malum premit, omni homini aliquod vitium inest. At idem interdum
etiamsi obliquum vult praeponi ut *Quosdam homines non elegit Deus. Aliquod vitium omni
homini inest*. (+ Nihil in his video certi. +)

¹ *Darüber*: lib. 10. *met.* c. [4].

17 vel (1) sensiles (2) simplices *L* 19 interdum *erg. L* 21 *Deus* (1) *Omni homi* (2) *Aliquod L*
23 c. 6 *L ändert Hrsg.*

14 *contraria ... distant*: vgl. J. JUNGIUS, *Logica Hamburgensis*, Hamburg 1638, lib. V, cap. XXIII, 16.
17f. In ... *consistentis*: nicht nachgewiesen. 23 lib. X: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, X, 4, 1055 a 9 f.
u. 27 f.

Contrarietas differentiarum oritur 1° a contradictoria oppositione notionum respectivarum eadem notione Terminatarum ut *angulus rectus qui suo deinceps aequalis, obliquus qui suo deinceps inaequalis*, 2° a contradictoria notione in notionibus terminantibus, *linea plana est recta vel curva*, hoc est *secans planum in partes sibi secundum eam lineam congruas non congruas*. Disjunctio contrarietatis posterioris per consequentiam subterminativam 5 colligitur: *pars plani secti comparti secundum lineam secantem vel congrua vel incongrua est, ergo linea planum secans in partes vel congruas inter se vel incongruas secat*. Obj[ectio]. Ex logicae regulis ita inferendum videtur *ergo in partes omnino sive undequaque congruas vel omnino incongruas, vel partim congruas partim incongruas secat*. Verum ex Geometria per inductionem scimus quod non detur linea sc. simplex quae partim congruas sibi partim 10 incongruas plani partes faciat, seu quae partim recta partim curva sit. Verum non opus est ad Geom[etrium] recurrere, nam si pars parti partim congrua partim incongrua est, erit incongrua; sed unde fit ut quaecunque linea alteri lineae ex certo puncto incipit congruere tota etiam in infinitum producta congruat? Quia tota linea secundum eandem motus legem describitur (+ potest singulari quadam ratione excogitari aliud quoddam +). Divisio per contrarias 15 differentias oritur ex divisione per privative oppositas ea consequentia quae est a rectis ad obliqua. *Omnis ala est vel integra vel fissa, ergo quodcunque alas habet vel integras vel fissas habet sive est δλόπτερον vel σχιτόπτερον* (+ inter haec medium datur ἄπτερον +). *Partes plani secti vel congruae vel incongruae sunt secundum lineam secantem. Ergo quod facit partes plani secti vel congruas facit secundum secantem lineam vel 20 incongruas. Ergo quaecunque linea secat planum vel secat in partes secundum secantem lineam congruas vel in partes secundum secantem lineam non congruas. Omnis linea est vel recta vel curva. Ergo quod terminatur a linea terminatur vel a recta vel a curva; quod a lineis terminatur² vel a rectis, vel a curvis vel a rectis et curvis.*

Veteres potius dicerent *Homo est genus Platonis, quam species*. 25

Fonseca in appendice logicae suae de universalibus nullam aliam novit communem differentiam quam accidentalem. Suaresius quoque communium differentiarum coitione negat constitui speciem disp. 15. sect. 11. n. 23, etsi eas concedat. Sit Genus *G*. duae differentiae coeuntes *D*, Δ , ex *G* et *D* fit species *GD*. Jam si ex *GD* necessario sequitur Δ non erit differentia ergo etiam opposita sc. ∇ adjungi poterit. Qui fit quod haec ultima fit et alias 30 excludit?

² *Schräge Anstreichung am Rande*

25 Veteres: nicht nachgewiesen. 26f. Fonseca ... accidentalem: vgl. P. FONSECA, *Institutionum dialecticarum libri octo*, Köln 1623, *Isagoge philosophica*, cap. IX, S. 598 f. 27f. Suaresius ... concedat: vgl. F. SUAREZ, *Metaphysicae disputationes*, Salamanca 1597. 30 opposita sc. ∇ : vgl. »Analysis didactica« (N. 1845) bei Fußnote 25.

M. Laurentius WEGERUS cap. 10. sect. 2. libri de *prima Mentis operatione logica* p. 275. 276. 7 Canon. *Differentiae non solum dantur Genericae sed et specificae, speciem ultimo constituentes cum qua recipiuntur. Hunc Canonem opponimus quibusdam ex veteribus Philosophis Jamblichio apud Simplic[ium] in Antepaed[icamentis], in regulas antepaed[icamentales], Themistio 2. post. c. 20. Ammonio in prooem. super Porphyri[um] et in c[ap.] de communitat. Dexippo in 1. categ. Alexandro 6 top. loco 41, qui negant dari differentias ultimas et simplices, sed ipsarum locum subire complicationes differentiarum communium, quae non quidem separatim et seorsim conjunctim tamen sumtae possint cum specie recipiari, et hoc modo eas in sola specie reperiri. Contra 1° certa essentia per differentiam simplicem*
 10 *constituitur, sed non minus species specialissima habet certam essentiam. 2° Differentiae genericae non contrahunt nisi ad genus; quia nil agit ultra vires, ergo nec complicatae. Consequentia patet quia si nulla differentiarum genericarum speciem in esse specifico constituere potest nec idem omnes simul sumtae praestare poterunt. 3° Nulla est ratio evidens cur species subalternae constituantur per differentiam simplicem; non vero species infima. Haec*
 15 *ille. Haec similiter Zabarella concipit quandam differentiam adaequatam. Verum quorsum praeciperet Aristoteles 1. 2. post. t. 70. praedicamenta Essentialia esse conjungenda, donec compositum reciprocetur cum definiendo, si differentiae quaedam forent reciprocae. Utique, si talis esset differentia genus inutile redderet in definitione.*

Canon Galeni Genus unumquodque propriis differentiis esse dividendum, ut animal non
 20 *per durum et molle, rarum et densum, sed per mortale immortale, mansuetum ferum, rationale irrationale, pingue carnosum hirsutum gracile scabrum.*

9 *per (1) speciem (2) differentiam L* 15 *Haec (1) unif (2) similiter L*

2–14 *Differentiae ... infima*: L. WEGER, *Mentis prima operatio logica. Per definitiones veras, divisiones perfectas, regulas perpetuas. Accurate explicata*, Königsberg 1630. 4f. *Jamblichio ... antepaed[icamentales]*: vgl. SIMPLICIUS, *In Aristotelis Categorias commentarium*, in 3, 1b16 (CAG VIII, S. 56.8–15). 5 *Themistio*: vgl. THEMISTIUS, *Analyticorum posteriorum paraphrasis*, in II, 13 (CAG V, 1, S. 57.14–58.4). 5f. *Ammonio ... communitat.*: vgl. AMMONIUS, *In Porphyrii Isagogen sive V voces*, prooem. u. in 19,2 (CAG IV,3, S. 17.9–25 u. 125.13–16). 6 *Dexippo*: vgl. DEXIPPUS, *In Aristotelis Categorias commentarium*, I, 28–33 (CAG IV,2, S. 27.3–30.9). 6 *Alexandro*: vgl. ALEXANDER VON APHRODISIAS, *In Aristotelis Topicorum libros octo commentaria*, in VI, 6, 143a29 (CAG II,2, S. 446.19–447.7). 10 *essentiam. 2° Differentiae*: Bei Weger: *essentiam*, Ergo per differentiam simplicem constituitur. 2. *Differentiae*. 11f. *complicatae. ... nulla*: Bei Weger: *complicatae differentiae genericae speciem nisi quoad esse genericum determinant. Consequentia patet, quia totum non est quid diversum a partibus. Quod si itaque nulla*. 15 *Zabarella ... adaequatam*: vgl. J. ZABARELLA, *In duos Aristotelis libros posteriores analyticos commentarii. Cum antiqua Aristotelis in latinum conversione, ab eodem cum graecis exemplaribus diligentissime collata, et omnibus mendis expurgata*, Köln 1603, in II, 12, cont. 69 f., 96a24-b1 (*Opera logica*, Köln 1597, Sp. 1192F-1193A): *an quaelibet res habeat propriam differentiam sibi aequalem*. 16f. *Aristoteles ... definiendo*: ARISTOTELES, *Analytica posteriora*, II, 13, 96a32–35. 19–21 *Canon ... irrationale*: vgl. GALEN, *Methodi medendi libri XIV*, I, 3 (Kühn X, S. 23 f.).

Differentia communis est quae certo generi non est propria, ideoque nec certae speciei.

Corpus	{	simplex	{	perpetuum	{	inanime	animatum	5
				caducum				
		mistum		similare				
				dissimilare				
Corpus	{	animatum	{	perpetuum				10
				caducum				
		inanime	{	simplex				
				mistum				15

Differentia caduci est communis simplici et misto. Si certo generi esset propria, etiam certae speciei esset propria.

Compositio differentialium notionum συμπλοκή, I. 5 *mph.* c. 2. fin. Proximae species dantur sub eodem genere, quae tamen non oppositae, ut *triangulum aequicrurum*, *triangulum* 20 *rectangulum* (+ scilicet non sunt ex eadem divisione +). *Homo ex bipede* est (ut) ex parte species ut Arist. I. 5. *mph.* c. 24, h. e. parte complente.

Potest idem essenziale attributum in una quadam specie esse necessarium accidens sive proprium primi modi, in alia vero differentia specifica, imo in eadem specie. De sufficientia conditionum v[ide] regulam pulchram Zabarella p. 655. E. in *poster.* Aqua fervida vocetur 25 *pyrolympha*, quaeritur an de ea *calor* et *motus* praedicentur in quid; ut *cavitas* de *caligis* et *tibialibus*.

Duae sunt difficultates 1° quomodo Essentiale latius suo constituto distinguatur ab accidente communi sed necessario sive inseparabili 2° quomodo differentia adaequata speciei distinguatur a proprio inseparabili sive necessario 3° (quod primo est vicinum) quomodo 30 differentiae specificae discernantur ab accidentibus. Differentiam feri et mansueti esse accidentalem recte statuit Aristoteles sed ratio non sufficit quod in eadem specie reperiuntur, sed quia ex equo fero sensim fit mansuetus vel saltem ex sobole.

Quid de hoc? Masculinum et foemineum est in omni animalis specie ergo non est differentia specifica. Verum ordinatum et inordinatum est in omni specie figurae, et tamen ad 35 essentiam pertinet. (+ ¶ an sit in omni specie figurae. +) Sed a tarditate et celeritate specificam

36 figurae. +) (1) Affirmare (2) Sed L

19 Compositio ... fin.: ARISTOTELES, *Metaphysica*, V, 2, 1014a13–15 u. 19. 21f. *Homo* ... c. 24: ARISTOTELES, *Metaphysica*, V, 24, 1023a35–36. 24f. De ... *poster.*: J. ZABARELLA, *In duos Aristotelis libros posteriores analyticos commentarii. Cum antiqua Aristotelis in latinum conversione, ab eodem cum graecis exemplaribus diligentissime collata, et omnibus mendis expurgata*, Köln 1603, in I, 2, cont. 9, 71b19–25 (*Opera logica*, Köln 1597, Sp. 655E). 31f. Differentiam ... Aristoteles: ARISTOTELES, *De partibus animalium*, I, 3, 643a19–23. 36–S. 184304.2 Sed ... comitetur: ARISTOTELES, *Physica*, V, 4, 228b28–30.

motus differentiam sumi recte negat Aristoteles lib. 5. *ph.* t. 44 sed non bona ejus ratio quod omnes alias differentias comitetur, nam saepe unum differentiarum par alias comitatur, hinc ἐπιδιαιρέσεις sed vera ratio quia infinitatis quippiam habet, nec ulla ratio est, cur in hac vel illa determinata celeritate initium notionum formandarum facias. Vera causa est quia tardum et
 5 celere differunt secundum magis et minus, notiones hae indeterminatae sunt, quia par respectivae et cogitantur quasi absolutae. At si cogitem *motio ejusdem celeritatis, motio celeritate crescens, decrescens* hae demum sunt differentiae specificae.

Quaedam contraria dicuntur, quia notionibus contrariis respondent, quaedam quia se expellunt ex eodem subjecto.

10 Alexander in lib. 3 *mph.* § 40. privativas tantum differentias cum generibus acceptas non facere species aut genera, ut quae nihil definitum significant, adde Arist. 6 *top.* 6. et 10. *Met.* t. 15. fin. At Porphyrius c. 3. § 13. τὸ ἀναισθητὸν perficit plantam ἀποτελεῖ. Aristoteles non videtur rejicere negativas differentias nisi 6. *top.* c. 6. § 5, imo § 7 admittit expresse. Aristoteles lib. *de sensu* c. 6. contra Democr[itum] in sensibilibus esse contrarietatem in figuris
 15 nullam, sed quanam est contrarietas in odore; an odor cynoglossi est magis extimus an hyoscyami, aliis certe hic, aliis ille magis adversus.

Ordo sociarum specierum inter se secundum quem una aliam praesupponit, item notio unius in notionem alterius resolvitur.

Privatio est quaedam contradictio simul accepta cum susceptivo 10 *mph.* t. 15. Differentiae pleraeque negativam notionem habent terminantem ideoque in obliquo.³ Inventionem definitionis per dichotomias Plato μέθοδον vocat. Plato in *Philebo* p. 394, 395 in *Politico* p. 534, 546 et in *Sophista*.

³ *Schräge Anstreichung am Rande*

2 alias (1) spec (2) differentias L 17f. notio|in *streicht Hrsg.* |unius L 21f. Plato ... *Sophista* erg. L

8f. Quaedam ... subjecto: vgl. J. JUNGIUS, *Logica Hamburgensis*, Hamburg 1638, lib. I, cap. IV, 45. 10f. Alexander ... significant: ALEXANDER VON APHRODISIAS, *In Aristotelis Metaphysica commentaria*, in III, 3, 998b28 (CAG I, S. 207.19 f.). 11f. Arist. ... fin.: vgl. ARISTOTELES, *Topica*, VI, 6, 143b33–34, u. *Metaphysica*, X, 4, 1055b3–11. 12 Porphyrius ... ἀποτελεῖ: vgl. PORPHYRIUS, *Isagoge*, III, 13, 3 b 21 f. 12f. Aristoteles ... expresse: vgl. ARISTOTELES, *Topica*, VI, 6, 143b11–21 u. 143b33–144a4. 14 Aristoteles ... contrarietatem: ARISTOTELES, *De sensu et sensili*, 6, 445b24. 19 Privatio ... t. 15.: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, X, 4, 1055b7–8. 21f. Plato ... *Sophista*: PLATON, *Philebus*, 48d–49c; *Politicus*, 266d–267a, 284e–286d; *Sophista*, 218d–219a, 227a–d, 235b–d, 264d–265a; *Opera omnia*, hrsg. v. M. Ficino, Frankfurt 1602, S. 394D–395B; 534B–D, 546B–547D; 155A–C, 160C–E, 165D–E, 184F–185A.

Suprema lex dichotomiae: Quatenus est disjunctio utitur principio contradictionis, dico *quatenus est disjunctio*, quia quatenus est copulativa eatenus requirit vel experientiam vel demonstrationem. Ut si dicam *triangulum aequilaterum est vel rectangulum vel obliquangulum* divisio instituenda non per distinctiones sed per definitiones. Omnis divisio ad dichotomiam reducitur, excepta quae a numeris desumitur ut *figura plana curvilinea, rectilinea mixta*.
5 Operationes mentis *primaria in qua verum et falsum, secundaria notio dianoea.*

Aristoteles ipse lib. 1. *part. an.* c. 3. τοῖς ἀντικειμένοις χρή διαίρεῖν.

Plato non tantum divisionem sed et collectionem differentiarum commendat in *Phaedro* p. 1234, et p. 380. Dividimus inquit omnia in finitum, infinitum, et tertium quod ab utroque miscetur.
10

Differentia est quod absque genere non concipitur saltem *Ente* et *re*. Graecis τὸ πρῶγμα latius *Ente* lib. 2. *an.* t. 12. Latinis *res Ente*.

Cum dicimus duas res differre specie aut genere non satis proprie loquimur, nam res non toto genere aut tota specie differunt, sed differentia generica vel specifica. Bucephalus et Alexander differunt specie, sed species eorum in multis conveniunt. Bucephalus etiam genere
15 differt ab Alexandro.

Differentiae contrariae non sunt omnino diversae sicut privative oppositae, sed habent aliquid commune, ut *habens alas integras et fissas*.

Vix invenies duo individua quae tantum specie differant.

Numerus in partes aequales dividuus aut non dividuus; par aut impar (+ hic⁴ oppositio est non
20 in terminativo sed respectivo +).

Sensitivum et vegetale non sunt opposita, sed vegetale, et vegetale sensitivum.

Divisionis Apallaxis vel differentiarum Epallaxis. Species duae sub eodem genere non habent oppositas differentias. *Figura solida ordinata 12 laterum*, haec notio communis est cubo et octaedro utrique essentialis. *Figura solida ordinata 30 laterum*, haec
25 communis dodecaedro et icosaedro utrique Essentialis. *Figura solida ordinata habens laterum numerum triplum 3. numeri diagoniorum 4*, item *habens 4 diagonios* utraque communis cubo et octaedro. Fiat divisio

⁴ *Schräge Anstreichung am Rande*

3f. *obliquangulum* (1) distinct (2) divisio L 4 Omnis (1) def (2) divisio L 8 in (1) *Phaedro* (2) *Phaedro* L 15f. Bucephalus etiam ... Alexandro *erg. L* 17 oppositae, (1) ut (2) sed L 18f. *fissas*. (1) Vid (2) Vix L 22 sed (1) sensitivum et (2) vegetale L

4–6 Omnis ... *dianoea*: vgl. J. JUNGIUS, *Logica Hamburgensis*, Hamburg 1638, lib. IV, cap. VII, 13.
7 Aristoteles ... διαίρεῖν: ARISTOTELES, *De partibus animalium*, I, 3, 643a31. 8–10 Plato ... miscetur: PLATON, *Phaidros*, 265d-266b; *Philebus*, 27b; *Opera omnia*, hrsg. v. M. Ficino, Frankfurt 1602, S. 1234C-E; 380D-E. 11f. τὸ ... t. 12.: ARISTOTELES, *De anima*, II, 2, 413a20.

5
 figura solida ordinata habet $\left\{ \begin{array}{l} \text{latera sex} \\ \text{duodecim} \\ \text{triginta} \end{array} \right. \left\{ \begin{array}{l} \text{cubus} \\ \text{octahedrum} \\ \text{dodecahedrum} \\ \text{icosahedrum} \end{array} \right.$

Species ἐπαμφοτερίζουσαι, ut polypus testa quasi navi utens (cancerus testae inquilinus)].

10 Divisionum Epallaxis 2. *Gen. Ani.* c. 1.

15 Animalia $\left\{ \begin{array}{l} \text{bipedia} \\ \text{quadrupedia} \end{array} \right. \left\{ \begin{array}{l} \text{ovipara} \\ \text{vivipara} \\ \text{ovipara} \\ \text{vivipara} \end{array} \right.$

His adde vivipara expedia, ut balaenas.

Ex subdivisione per accidens oritur haec Epallaxis

20 linea $\left\{ \begin{array}{l} \text{recta} \\ \text{curva} \end{array} \right. \left\{ \begin{array}{l} \text{terminata} \\ \text{recurrens} \end{array} \right.$

Satius uti condivisione, seu utramque dividendi rationem adhibere

25 linea $\left\{ \begin{array}{l} \text{recurrens} \\ \text{terminata} \end{array} \right. \left\{ \begin{array}{l} \text{in infinitum recta} \\ \text{finitum curva} \end{array} \right.$

30 Qui 10 summa genera admittunt statim intellectum captivum praebent autoritati, quod periculosum initio ipsius logices.

Contrariorum maxima distantia ut nigri et albi ad 10 *Mph.* c. 4. § 13.

18 vivipara |pedum *streicht Hrsg.* | expedia, *L* 24 utramque (1) divisionem (2) dividendi *L*
 33 ad *erg. L*

10–18 Divisionum ... balaenas: vgl. ARISTOTELES, *De animalium generatione*, II, 1, 732b15–26.
 33 Contrariorum ... § 13.: vgl. ALEXANDER VON APHRODISIAS, *In Aristotelis Metaphysica commentaria*, in X 4, 1055a6 (CAG I, S. 619.4–10).

Ob subdivisionis commutationes oritur quaestio quae natura prior.

Alexander ad 8 *Metaph.* § 10 supponere videtur Analysis non tantum in eadem fieri, sed et per eosdem mutationis terminos per quos genesis sed contrario ordine. *Navis chartacea* et per eosdem terminos et per diversos resolvi potest.

Diversa genera ejusdem speciei necesse est particulariter de se invicem praedicari, ut 5
prudentia est scientia, virtus est scientia. Ergo quaedam prudentia est scientia.

Si *rationale* hominis differentia propria, et id tamen necessarie infert *animal*, sufficiet dicere *Homo est Ens rationale.*

Peculiare quid habet Hominis differentia specifica et definitio vulgaris, nam innotescit per 10
Experientiam internam seu intellectus reflexionem.

Alexander *Met.* lib. 3. § 40. Genus medium sua propria differentia genus aliud efficit, volatile forsitan propria ei differentia avis. Lib. 6. *top.* c. 6. proprium genus bipedis vocat pedestre, et tamen pedestre est bipes et quadrupes, et alatum est bipes, sepes etc.

Inconvenientia quae sequantur subdivisiones. 1° unam speciem cadere in contrarias differentias, ut formica alata et non alata, avis fera et mansueta, 2° accidentalia tradi pro differ- 15
rentiis, 3° nullas esse privativas differentias, 3° differentias aequales esse (numero) speciebus infimis.

Plato animal dividi in hominem et brutum *θηρίον* perinde esse ac dividi animal in prudentiae particeps ut gruem, et secus. Item esse ut si quis humanum genus in graecos et barbaros dividat. Nimis exiguam partem a caeteris discerni Plato p. 531 in dialogo *Politico*, 20
sive de regno.

Plato videtur mansuetum animal dixisse quod potest mansuescere,⁵ ut onagram. Si quis dicat omne animal posse mansuescere dubitari potest. Antonius leones currui junxit, sed dentibus exarmatos.

Tribuit Aristoteles Platoni, quasi velit differentiam ultimo per continuatam divisionem 25
inventam esse revera ultimam ut bipes quadrupes. Hoc solidum vel fissipes. Hoc bifideum vel digitatum.

⁵ *Darüber:* 534

3 mutationis (1) ordines (2) terminos L 15 f. differentii, (1) ut tot (2) 3° L 23 f. sed (1) tant (2) dentibus L

2 f. Alexander ... ordine: vgl. ALEXANDER VON APHRODISIAS, *In Aristotelis Metaphysica commentaria*, in VIII, 4, 1044a15 (CAG I, S. 556.20–557.3). 11 f. Alexander ... avis: ALEXANDER VON APHRODISIAS, *In Aristotelis Metaphysica commentaria*, in III, 3, 998b28 (CAG I, S. 207.13–17). 12 f. Lib. 6. ... sepes: vgl. ARISTOTELES, *Topica*, VI, 6, 144b16–24. 18–21 Plato ... regno: PLATON, *Politicus*, 262a–264a; *Opera omnia*, hrsg. v. M. Ficino, Frankfurt 1602, S. 531C–532D. 22 Plato ... onagram: vgl. PLATON, *Politicus*, 265e; *Opera omnia*, hrsg. v. M. Ficino, Frankfurt 1602, S. 533D–E. 25–27 Tribuit ... digitatum: vgl. ARISTOTELES, *De partibus animalium*, I, 3, 643b26–644a10. 28 f. 534: PLATON, *Politicus*, 266a11–267d5; *Opera omnia*, hrsg. v. M. Ficino, Frankfurt 1602, S. 534.

triangulum $\left\{ \begin{array}{l} \text{scalenum} \\ \text{aequicrurum} \end{array} \right. \left\{ \begin{array}{l} \text{aequicrurum tantum} \\ \text{aequilaterum} \end{array} \right. \left\{ \begin{array}{l} \text{cujus angulus uterque} \\ \text{ad basin duplus reliqui} \end{array} \right.$

5 haec differentia elidit duas superiores.

Quid est differentiam in quale praedicari? an accidentaliter.

Aristoteles 2 *post. text.* 75 monet ne superius genus inferioris differentiis dividamus. Id autem jam tum fieri nequit, modo differentiae sint contrariae, ut si dicamus *animal vel apertis vel tectis est alis*, potest enim esse nec apertis neque tectis alis, si absque alis. Si intellexisset
 10 igitur Aristoteles reductionem contrariorum in contradictoria, alia non praecepisset. Modo enim differentiae contradictoriae sive privative sint oppositae nihil hoc affert verum. Nec est quod impediatur, cur corpus vivum dividamus statim in rationale et irrationale.

Natatile et impessile, polypus. Natatile et volatile hirundo marina, cuculus marinus.

Disputatio de Porphyrio e Logica relegando haberi posset.

15 Condivisionum ordo certius praescribi vix potest, sufficit servari oppositorum leges.

Aristoteles in 1. *de part. an.* conatur omnes animalium differentias enumerare, at ubi multas dubitationes movit, vix tandem suspense ac timide pronuntiare quippiam audet.

Galenus lib. 1 *de Meth. Med.* c. 3. ait difficultatem [dividendi] apparere legenti quae in principio *Philebi* Platonis, deinde quae in *Sophista* et *Politico* adhuc; maxime autem si quis primum librum Arist[otelis] *de part. anim.* legerit.

9 potest | enim *streicht Hrsg.* | enim *L* 10 in (1) contraria (2) contradictoria, *L* 17 tandem (1) suspecte ac (2) suspense *L* 18 dividendi *L ändert Hrsg.* 20 *anim. (1) legerit.* Non est vera haec (2) legerit. *L*

7 Aristoteles ... dividamus: vgl. ARISTOTELES, *Analytica posteriora*, II, 13, 96b35–97a6.
 14 Disputatio ... relegando: nicht nachgewiesen. 16–20 Aristoteles ... legerit: vgl. ARISTOTELES, *De partibus animalium*, lib. I; GALEN, *Methodi medendi libri XIV*, I, 3 (Kühn X, S. 26).